



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1546. usque ad annum 1549

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1770

VD18 90118529

§. 55. Cardinales Galli Romam missi.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66608](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66608)

lem tanquam Sedis Apostolicæ Lega-^{Sæcul. XVI.}
 tum in Franciam decrevisset, eo fine, A.C. 1547.
 ut Henricum II. Galliarum Regem ad
 agnoscendam Bononiensem Synodum
 induceret, idem Legatus juncta cum
 Nuntio opera istius Secretarium Ro-
 mam deputabat, qui, cum Bononiam
 pertransiret, Patribus hæc nuntiavit:
*Galliarum Rex Synodo valde propensus esse
 videtur, jamque tredecim insignes Episco-
 pos ad Bononiense Concilium destinavit;
 idem quoque clare professus est, a se illud
 acceptum, ac defensum iri, promissa in ma-
 trimonium Horatio Farnesio Duci, & O-
 ctavii Fratri, Diana Filia ipsius Regis no-
 tha: quod conjugium a Pontifice antea quæ-
 situm, ut suspicionem amoveret a Gallo,
 propter Octavii cum Carolo conjunctionem,
 tum libenter confectum est, ut inde Cæsar
 intelligeret, non defutura Pontifici præsidia,
 si ab illo aut desereretur, aut premeretur.*

§. LV.

Cardinales Galli Romam missi.

Sub idem tempus plures Cardinales in *De Thou l. 3.*
 Galliis hærebant, quorum alii va-^{*Belca. comm.*}
 riis studiis ad hoc Regnum pellecti, non-^{*l. 25. n. 4.*}
 nulli tamen solo in aula versandi desi-^{*p. 795.*}
 derio incitati ibidem moram trahebant, ^{*Sleid. com.*}
 ex his erant isti duodecim, scilicet Lu-^{*l. 19. p. 677.*}
 dovicus Borbonius, Joannes Lotharin-

A a 4

gius,

Sæcul. XVI
 A C 1547. gius, Odetus de Coligny Castillionæus,
 Claudius Giurius, Joannes Bella-
 ius, Philippus Bononiensis, Joannes
 Venator, Antonius Sanguin Medonen-
 sis, Robertus Lenoncurtius, Jacobus
 de Annebaldo, Georgius de Ambasia,
 & Georgius Armaniacus: cum ergo
 horum præsentia Ministris, qui sub no-
 vo Rege Henrico II. nonnisi viginti no-
 vem annos nato regimen tenebant, o-
 ptatam disponendi libertatem restrin-
 geret, hinc illi ex hisce Cardinalibus
 quosdam ab aula dimovere nitebantur,
 atque in breve temporis spatium horum
 septem Romam reverti compellebant,
 quæsito hujus nequitix obtentu, quod
 summo Pontifici aliunde Gallis fat pro-
 penso consultum foret, ut ipsum in piis
 hisce erga Franciam consiliis præsentis
 foverent, ejusque affectum augere sa-
 tagerent, Gallorumque factionem au-
 ctoritate sua tantopere firmarent, ut
 novus Papa non minus Gallis addictus
 eligi posset, si forte Paulus III. jamjam
 ferme octogenarius vita decederet. Has
 rationes, quæ tamen nonnisi vani Gal-
 lorum erant prætextus, summus Ponti-
 fex tanquam sincera signa, ac minime
 dubia habuit testimonia illius amicitix,
 atque obsequii, quo Galliarum Rex Se-
 di Apostolicæ favebat, quapropter gra-
 tum vicissim animum exhibere studiosus,
 die

die vigesima Julii Carolo Vindocinensi ^{Sæcul. XVI.}
Regii sanguinis Principi, necnon Ca- A.C.1547.
rolo Guisio Rhemenſi Archiepiſcopo,
qui ambo Præſules natione Galli erant,
rubrum galerum tranſmiſit.

§. LVI.

*Henrici II. editum in Religionis
favorem.*

Sub idem tempus Henricus II. plura
magni momenti edita promulgari
juſſit, quæ pro præſenti temporum vi-
ciſſitudine tum ad varias corruptelas tan-
dem eliminandas, tum ad plura mala
Eccleſiæ, Regnoque progreſſu tempo-
ris valde noxia ſedulo præcavenda ex
ſe ipsis oppido neceſſaria erant. In
horum primo vehementer contra Blas-
phemos, ac ſicarios inſurgens Fran-
ciæ Satellitum Tribunis præcepit, ut
in horum criminum reos, denegata
etiam appellandi copia inquirerent.
Præterea alio edito præſca ſtatu-
ta contra veſtium luxum innovavit:
Tertio autem pauperum neceſſitati pro-
ſpexit, ac urbis Præfectis præcepit,
ut magis robustos, ſanosque mendicos
ad publicos labores compellerent, ce-
teros vero quibusdam morbis debilita-
tos, atque ad laborandum minus ido-
neos ad Xenodochia ibidem alendos